



**V**alentianus filius fuit Gratiani hominis ignobilis apud Cibalas in Pannonia ortus. huius pater Funarius appellatus est, eo quod uenalitium funem portati quinque milites extorquere nequirent. Hunc autem & huiusmodi praeclaros homines in Pannonia ortos ideo huic operi inferere uoluimus, quod ea regio Germaniae a plerisque attrita, aut saltē contermina semper extiterit. Nam proculdubio priusquam Romani in ea loca Coluias duxissent, indigenae Germani fuerunt. Postquam autem sua arma alpibus superatis ad Danubium usque extenderunt, atque Germanis expulsis, in Rhetia, Vindelicia, Norico, Pannonia superiori & inferiori nouas Colonias duxissent, & praefectos limitum constituerunt, in primis etiam suam linguam introducere studuerunt. Id quod etiam eos in Gallia, praesertim circa Rheni ripam, fecisse constat. Semper tamen quidam ex Germanis Romanorum Colonias commixti, ibidem permanserunt. Taceo iam aliquoties integras Germanorum cohortes, Romanorum castra secutas, quae sub ipsis stipendia meruerunt, atque suis Germanis propinquique, in provinciis Romanorum confederunt. Donec tandem Goths, Vandali, Boii, Suevi, Franci, Auares, & Hunni ex mediterraneis Germaniae locis erumpentes, Romanos profligarunt ac denuo aquita loca occuparunt, quae etiamnum possidet. Nam Rhetia, Vindelicia, Noricum, Pannonia inferior & superior, hodie Curienses Suevi, Tyrolenses, Bauari, Austraci, Carni, Stirii, & Hungari existunt, qui magna parte Germanis principibus obediunt, & Germanorum lingua utuntur. Quanquam Germani tandem sub Heinricis & Ottonibus Hungaros commercium belli, & Christianam religionem professam, partem Pannoniae inferioris concederunt, qui licet Slavorum lingua utantur, tamen plurimos Germanorum mixtum apud se habitantes, pro suis agnoscunt. id quod in Septem castrenibus patere arbitror. Itaque non dubito, quin Maximinus, Philippus, Decius, Iouianus, Valentianus, Gratianus, Imperatores, & S. Hieronymus, in Pannonia nati & educati, aliquem linguam Germanicam usum habuerint, aut moribus suis Germanos propinquos retulerint, id quod haud obscurè apud autores cernitur, dum illis Barbarorum idioma & mores attribuerunt.